

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 86ra–86rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 100

[100] De sculteto, si aliquem impudierit in iudicio etc.

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impudierit in iudicio et in sua querela, et si iustiam non fecerit, et hoc sibi iniusti recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc cum testibus ipsum evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali testimonio ipsum iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astetes /s/ iudicio. Si autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse evadere possit. Si autem cedere voluerit [k. 86rb] a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram advocato super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi oportet esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim oportet probare. Idem iudicium super eum ire debet, quod super illum ire debuerit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro delicto in captivitate publica presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa ac negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integrum recompensam. Sin autem pro manu, [k. 86va] tunc medium solvit recompensam et hoc ipsum iuramento tacto sacramento iurare oportet, ita si sibi parcere voluerit, quod absque omni sua culpa evaserit. Integra recompensa facit xviii talenta.

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga]